

- iamque dies sextus conventus fluxerat huius,
certatim in bellum parte ab utraque ruunt.
Inque vicem laniant se hinc morsibus, ictibus illinc;
ingenti bellum surgit utrimque animo.
- 175 Hinc Rutilos, illinc videas consurgere Teucros,
saevire et Martem parte ab utraque ferum.
Glans cadit autumnno veluti de stipite querna,
maturum et folium iam veniente gelu,
non aliter avium moriens exercitus illic
- 180 decidit et magna strage replevit humum.
Nam teres aestivis impletur ut area granis,
campus ita extincta sic ave plenus erat.
A borea in boream veniens pars parva reversa est;
tota in utraque cohors parte perempta iacet.
- 185 Res sonat ista, venit populus factumque stupescunt,
mirantur variae membra iacentis avis.
Ipse Tolosana praesul quoque venit ab urbe
Mancio; plebs rogat, haec ales an esca fiat.
„Inlicitis spretis licitas adsumite“, dixit.
- 190 Plaustra onerant avibus, in sua quisque redit.
- Tale quid hoc etiam patratum tempore nobis
fama dedit velox multa per ora volans.
Qui Romam Romaque meant remeantque, canunt hoc;
inter quos mulier hic bona testis inest:
- 195 Oratum haec Turono Romam petit, inde reversa
presbitero Arbaldo rem canit, ille mihi.
Denique circa Ararim pigrum Rodanumque rapacem,
ut supra, volucrum pugna peracta fuit.
Quo rigidas inter cautes densasque paludes
- 200 pauca patent planis obsita rura locis,

173 In quem vicem *H* — 175 rutilos *H* — theucros *T* — 177 autumpno
TG D. — 178 venit ante gelu *C.* — 180 replebit *TG* — 182 extinctaⁱ *G* —
184 peremta *T* — 185 factumque ista stupescunt *G* — 188 Mantio *G S.*,
Anceps *F* — 189 sprētis *T*, prētis *G* — assumite *FH* — 190 honerant *G*,
honorant *H*

Überschrift über v. 191: De pugna avium simili superiori *S.*

191 paratum *F* — 192 hora *G* — 194 hinc *FH* — 195 turuno *F* —
196 Presbitero *G*, Prespitero *T*, Presbytero *FS.*, Praesbitero *H* — Arbaldo *S.*,
arlaldo *TFH D.*, arlalto *G* — cante *H* — 197 arari *G* — Rhodanumque *S.* —
199 Quadrigas *FH* — plaudes *H* — 200 plenis *G*